



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

XL. S. Marvs. XIV. Arch.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

XXXIX. EVEMERVS. XIII. ARCH.

Evemerus Archiepiscopus annis 3. Germanicas latè provin-
cias bellorum turbis doluit involvi, & ipsum Occidentis
Imperium sub Imperatore Valentiniano III. ob publica sce-
lera penitus collabi. Tumulo illatus est Evemerus an. 461.

XL. S. MARVS. XIV. ARCH.

S Marus annorum 4. Archipræsul insigni Religionis zelo cla-
ruit: testimonium dicant verba Brovveri relicta & legenda
posteritati: *Marus maiorum literis, at amissis injuriâ temporum celebra-
tus, Decessoris Cyrilli vestigia renovavit; basilicam namque Virgini Matri à D. Felice ex-
tructam, communi verò postea urbis incendio ac populatione Hunnorum corruptam repa-
ravit, sepulturam in ade D. Paulini operis antiqui, nec inelegantis cum multiplici anathe-
mate, hac inscriptione illustrem adeptus:*

*Præsul Marus Deo
Dilectus multas
Carne vincens, egit
Virtutes. Cuncta
Ejus vitæ liber
habet.*

Librum eum, ut alia pleraquæ vetustas abolevit. Sed quan-
tùm Vir hic sanctitate præstiterit ac morum innocentiam, innumera
prodidère miracula, quibus sepulchrum eius veneratione
plenissimum, omni seculorum ætate gloriosum extitit. Repo-
situs in Divorum numero colitur die 26. Januarii an. 465. Tre-
viris erptus.

XLI. VOLVSIANVS. XV. ARCH.

VOlusianus post D. Marum Trevirorum Ecclesiam regen-
am suscepit à providentia multùm laudatus: Metropo-
litæ quippe & Primatûs dignitatem, qua D. Agritius à
Sylvestro Pontifice eximiè fuerat ornatus, literis novis in rei an-
tiquioris fidem datis, confirmari & instaurari providè curavit, ne

M

nimi-